# MUSIC OF THE SARUM OFFICE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome B.
## Fasciculus 19.
Pages 731-770.

## Proprium de tempore.
## Septuagesima.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

*Music of the Sarum Office* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien de Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*Music of the Sarum Office* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.humanities.mcmaster.ca/~renwick/sarum-01.htm

This document first published January 1, 2009.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut Grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Govenment of Canada.

Web site address: www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

# Dominica in septuagesima.

1. 𝔄. ◖ Dominica in lxx. xj. kalendas Februarii, tota cantetur hystoria et ad 1. vesperas memoria de sancta Agnete et de sancta Maria. Festum sancti Vincenti differatur in crastinum.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus, et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 6. de sancto Juliano cum nocturno. Invitatorium simplex : et sic de omnibus festis iij. lectionum usque ad caput jejunii.[1] A capite jejunii usque ad pascha nichil fiat de festis iij. lectionum nisi tantum memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria[2] que precedet memoriam de Sancto Spiritu.

2. 𝔄. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria et memoria de sancta Maria. 2. vespere erunt de commemoratione et memoria de festo [sancte Batildis],[3] de dominica, et de sancta Maria.

Feria 3. et sabbato de aliis commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

3. 𝔄. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria, et festum sancte Agathe differatur usque ad 3. feriam. Ad 2. vesperas memoria de confessoribus [Vedasto et Amando][4] [et de sancta Maria.][5]

Feria 2. de confessoribus [Vedasto et Amando][6] cum nocturno.

Feria 3. de sancta Agatha. Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

4. 𝔄. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 3. de sancto [Valentine][7] cum nocturno.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia cum epistola et evangelio ejusdem ferie.

5. 𝔄. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus et in 5. feria dicuntur responsoria ferialia.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in sabbato : et in 6. feria de sancta Maria. Et tunc ab hoc Sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 5. 𝔊. pro littera dominicali et inchoetur a dominica lx.[8]

1. 𝔅. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia

pretermittantur.

Feria 5. de sancto Juliano cum nocturno.

2. 𝕭. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria et memoria tantum de festo [S. Batildis],[9] et de sancta Maria.

Feria 5. de festo [sancte Brigide][10] cum nocturno.

Feria 2. 3. et 6. de commemorationibus et memoria de festo [purificationis],[11] et responsoria ferialia pretermittantur.

3. 𝕭. ◖ Dominica in lxx. de servitio dominicali et memoria tantum de sanctis [Vedasto et Amando].[12]

Feria 5. de festo [sancte Scolastice] cum nocturno.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus, in 6. feria dicuntur responsoria ferialia, in 4. feria et 6. dicuntur epistole et evangelia earundem feriarum.

4. 𝕭. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 2. de sancto [Valentino][13] cum nocturno.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus, et in 6. feria cantentur responsoria ferialia.

Feria 4. de festo [sancte Juliane virg.][14] cum nocturno.

5. 𝕭. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 4. et Sabbato de commemorationibus.

Feria 6. dicuntur responsoria ferialia, in 5. feria de sancto Mathia.

In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in 6. feria et in 5. erit una commemoratio, et in 4. feria dicuntur responsoria ferialia. Et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípio*. accipietur 5. 𝕬. pro littera dominicali et inchoetur ad dominicam lx.

1. 𝕮. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 4. de sancto [Juliano ep. et conf.][15] cum nocturno.

2. 𝕮. ◖ Dominica in septuagesima tota dicitur hystoria et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de sancto [Blasio ep. et mart.][16] cum noctumo.

3. 𝕮. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de festo [sancte Scolastice virg.][17] cum nocturno.

Feria 6. dicuntur responsoria ferialia, in 5. feria epistola et evangelium de 4. feria.

4. 𝕮. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et tantum memoria de sancto [Valentino martyre].[18]

Feria 2. 5. et sabbato de. commemorationibus et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia.

Feria 3. de festo [sancte Juliane virg.][19] cum nocturno.

5. 𝕮. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus et in 5. feria dicuntur responsoria ferialia.

In anno bissextili in 5. feria de sancto Mathia et responsoria ferialia dicuntur in 4. Feria. Et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipiatur 5. 𝕭. pro littera dominicali et inchoetur in dominica lx.

1. 𝕯. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria et tantum memoria de festo [sancte Prisce][20] et de sancta Maria.

Feria 6. et sabbato de commemoratione et responsoria ferialia pretermittantur.

2. 𝕯. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et memoria de sancto Prejecto et de sancta Maria, et festum sancti Pauli differatur in crastinum.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 3. de festo [sancti Juliani ep. et conf.][21] cum nocturno.

3. 𝕯. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et memoria tantum de festo [sancte Brigide non mart.] et de sancta Maria. 2. vespere erunt de purificatione et solennis memoria de dominica.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 3. de sancto [Blasio ep. et conf.][22] cum nocturno.

4. 𝕯. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia.

Feria 3. de festo [sancte Scolastice virg. non mart.][23] cum nocturno.

Feria 4. epistola et evangelium ejusdem ferie.

5. 𝕯. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus et in 6. feria dicuntur responsoria

ferialia.

Feria 2. de sancto [*i.e.,* de sancta Juliana virg. et mart.][24] cum nocturno.

1. 𝕰. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et festum sancti Vulstani differatur in 5. feriam.

Feria 6. de sancta Maria et responsoria ferialia pretermittantur et nichil de aliis commemorationibus.

2. 𝕰. ◖ Dominica in lxx. tota cantetur hystoria.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 2. de sancto [Juliano ep. et conf.][25] cum nocturno.

3. 𝕰. ◖ Dominica in lxx. totum servitium de purificatione et solennis memoria de dominica ad utrasque vesperas et ad matutinas et ad missam.

Feria 3. et sabbato de commemoratione et nichil de 3. commemoratione in hac ebdomada, et hystoria dicitur feriis 2. 5. et 6. et nichil de sanctis ibidem contingentibus nisi tantum memoria ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.[26] Missa dominicalis dicitur in 2. feria. In 5. feria epistola et evangelium de 4. feria. Feria 6. epistola et evangelium ejusdem ferie.

4. 𝕰. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia in iv. feria dicuntur.

Feria 2. de festo [sancte Scolastice virg. non mart.][27] cum nocturno.

5. 𝕰. ◖Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et memoria de festo [sancte Juliane virg. et mart.][28] feria 2. 3. et 5. de commemorationibus et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia.

Feria 4. epistola et evangelium ejusdem ferie.

1. 𝕱. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et festum sanctorum [Fabiani et Sebastiani][29] differatur[30] in crastinum sancti Vincentii.

Feria 5. et sabbato de commemoratione et responsoria ferialia pretermittantur.

2. 𝕱. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et tantum memoria de sancto [Juliano][31] et de sancta Maria.

Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 2. de festo [sancte Agnetis secundo][32] cum nocturno.

3. 𝕱. ◖ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et tantum memoria de sancto [Blasio].[33] Ad primas vesperas de festo purificationis fiat solennis memoria de dominica.

Feria 2. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. dicuntur responsoria ferialia.

Feria 4. de sanctis [Vedasto et Amando][34] cum nocturno.

4. 𝔉. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et memoria tantum de festo [sancte Scolastice].

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus, in 6. feria dicuntur responsoria ferialia.

Feria 5. de sancto [Valentino][35] cum nocturno.

5. 𝔉. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 3. 5. et sabbato de commemorationibus. Missa *Salus pópuli.*[36] dicitur in 2. feria et in 4. feria dicuntur responsoria ferialia.

1. 𝔊. ℭ Dominica in septuagesima tota dicitur hystoria et festum sancte Agnetis differatur usque ad 3. feriam.

Feria 4. 6. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

2. 𝔊. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria et memoria de festo [sancte Agnetis secundo].[37]

Feria 2. 4. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia pretermittantur.

Feria 3. de festo [sancti Batildis][38] cum nocturno.

3. 𝔊. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria : secunde vespere erunt de festo [sancte Agathe][39] et memoria de dominica.

Feria 3. de sanctis [Vedasto et Amando][40] cum nocturno.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus et responsoria ferialia dicuntur in 6. feria.

4. 𝔊. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 3. et sabbato de commemorationibus.

Feria 5. dicuntur responsoria ferialia.

Feria 4. de sancto [Valentino][41] cum nocturno.

Feria 5. epistola et evangelium de 4. feria.

5. 𝔊. ℭ Dominica in lxx. tota dicitur hystoria.

Feria 2. 3. et 6. de commemorationibus, et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia.

Sabbato de apostolo [Matthia,[42] 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de dominica.

In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 2. feria proxima sequente : et in hoc sabbato fiat servitium de sancta Maria : et in 4. feria dicitur de feria : et in 6. feria dicuntur responsoria ferialia : et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In princípio*. accipitur 5. 𝕱. et inchoetur ad dominicam lxx. et cetera.[43]

# Dominica in septuagesima.

## [Ad primas vesperas.]

*Ad vesperas et abhinc usque ad missam in vigilia pasche non dicatur* Allelúya. *sed in principio vesperarum et horarum loco* Allelúya. *dicetur hoc modo.*

1519:128v; 1531:76r.



800247.

Laus ti-bi Dómi-ne rex e-térne gló- ri- e.

*Ant.* Benedíctus. [350].

*Ps.* Ipsum. (*cxliij.*) [350]. *et cetere antiphone cum suis psalmis.*

*Capitulum.* (1. *Corinth. ix.* : 24.)

NEscitis quod hi qui in stádio currunt, omnes quidem currunt sed unus accípit brávium : sic cúrrite ut comprehendátis.

℟. Igitur perfécti sunt. (*iij.*) 741.

*Hymnus.* Deus Creátor. [355].

*Versus.* Vespertína orátio. [357].

AS:127; 1519:128v; 1531:76r.

Ant. IV.i.



4297.

PLantá- ve-rat * Dómi-nus De- us pa-ra-dý-sum



vo-luptá- tis a prin-cí-pi- o : in quo pó-su- it hómi- nem



quem formá-ve-rat. *Ps.* Magníficat. 53*.

*Oratio.*

PReces pópuli tui quésumus Dómine cleménter exáudi : ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur. Per Dóminum.

*Nulla fit memoria nisi aliquod festum iij. lectionum in dominica contigerit vel in sabbato festum ix. lectionum celebratum fuerit, vel si lxx. ante purificationem evenerit : tunc fiat memoria de sancta Maria ut supradictum est ad primas vesperas hystorie* Dómine ne in ira. 638.

*[Ab hac die usque post festum Sancte Trinitatis non fiant medie lectiones de festis iij. lectiones.]*[44]

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Preoccupémus. 638.

*Ps.* Veníte. 36*.

*Hymnus.* Primo diérum. [11].

## ℂ *In primo nocturno.*

*Ant.* Servíte Dómino. [16].

*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [16].

℣. Memor fui nocte. [27].

ℂ *Hac die dominica legantur lectiones de libro Genesis in primo nocturno et per totam ebdomadam quando de temporali agitur usque ad Noe.*

*Lectio prima.* (*Gene. j.* : 1.)

IN princípio creávit Deus celum et terram. Terra autem erat inánis et vácua : et ténebre erant super fáciem abíssi, et Spíritus Dómini ferebátur super aquas. Dixítque Deus, Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divísit lucem a ténebris. Appellavítque lucem diem : et ténebras noctem. Factúmque est véspere et mane dies unus. Tu autem.

AS:127; 1519:128v; 1531:76r.

1. Resp. I.




6928.

6928a.

*Lectio secunda.* (*Gen. j.* : 6.)

DIxit quoque Deus, Fiat firmaméntum in médio aquárum : et divídat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmaméntum : divisítque aquas que erant super firmaméntum, ab his que erant sub firmaménto. Et factum est ita. Vocavítque Deus firmaméntum celum. Et factum est véspere et mane dies secúndus. *[76v.]*

AS:128; 1519:129r; 1531:76v.

2. Resp. I.




6925.

6925a.




*Lectio tertia.* [*Gen. j.* : 9.]

DIxit vero Deus, Congregéntur aque que sub celo sunt in locum unum : et appáreat árida. Factúmque est ita. Et vocávit Deus áridam terram : congregationésque aquárum appellávit mária. Et vidit Deus quod esset bonum : et ait, Gérminet terra herbam viréntem et faciéntem semen et lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus suum : cujus semen in semetípso sit super terram. Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem et afferéntem semen juxta genus suum : lignúmque fáciens fructum et habens unum quodque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum : factúmque est véspere et mane dies tértius.

AS:128; 1519:129r; 1531:76v.[45]

3. Resp. I.

6879.




6879a.

℣. Glória. XX. †Et requiévit.

## ℭ *In secundo nocturno.*

*Ant.* Bonórum. [28].

*Ps.* Consérva. (*xv.*) [29]

℣. Média nocte. [36].

*Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi.*

*Lectio iiij.*

DIgnitas humáne oríginis fácile agnóscitur : consideráta sublimitáte auctóris. Nec enim fácile póterat esse vel leve quod manus sacra confinxit et celéstis flatus in vitálem substántiam animávit : máxime cum idem ártifex Deus potestátem suam in omnem fábricam eídem hómini fúerat traditúrus, ut quem secúndum présidem post se fácere disponébat, éundem fáceret plenum atque perféctum, habéntem in sese et dignitátem qua precélleret, et potestátem qua cunctis animántibus imperáret.[46] Soli sérviens illi a quo ei cuncta fúerant subjugáta : ut imperáret mundo, servíret Deo, Creatórem suscíperet : creatúram sibi parére compélleret. Tantúmque ditiónis sese Dómino debére perspíceret : quantum ipse a creatúra exígeret, habens in própria potestáte : et obediéntiam et contémptum. Obediéntiam qua víveret : contémptum quo digne pro méritis interíret. Unde efféctum est, ut contemnéndo in mortem incíderet : qui obediéndo vívere potuísset.[47] Unde potestátem concéssam dum in contémptum prótulit : et vite privilégium pérdidit, et mortis sibi senténtiam acquisívit. Et tamen creatúra adhuc ejus servat impérium : licet ipse Creatóri suum denegárit obséquium. Unde appáret quid sue felicitáti detráxerit : cum peccatórum mérita ejus statum adhuc mutáre non possint.[48] Graváris homo, juste graváris : et inexcusábili pena astríngeris. Contémnis Creatórem : et ejus ímperas creatúre. Déspicis Dóminum : et de ejus éxigis creatúra servítium. Benefíciis Dei perfruéris : et ejus poténtiam non pertiméscis. Et cum tibi per eum cuncta desérviant : solus illi ipse non servis. Bis delínquis et géminum ac duplex crimen incúrris : dum nec pro conditióne ut servus obséqueris, nec pro potestáte data Dómino famuláris. Tibi celum in die lucis splendóre véstitur, et solis fulgóribus decorátur, in nocte claríssimo lune spéculo, et astrórum fulgóre vário polus ipse illustrátur : ut diéi noctísque vicissitúdine et numerósitas témporum dignoscátur, et post diúrnum labórem míseris mortálibus réquies prebeátur. Témpora altérnis vícibus immutántur, frondéscunt silve, amenántur campi, prata viréscunt : animántia cuncta divérsis úsibus procreáta edunt fetus, parent império, obséquia servant. Scatent fontes, amnes fluunt : institútis términis mária cohercéntur. Gaudet post hýe-

mem verna tempéries, estátis flagrántia decóquit messes : autúmni serénitas temulénta suas exhíbet ubertátes. Hýeme madidántur ímbribus terre, suis institútis cuncta desérviunt : solus homo Deo non servit. Quid si tibi univérsa natúra constánter edíceret ? Ego tibi a Dómino rerum parére precépta sum : ego circa te jussa implére, institúta serváre, nascéntia cuncta tribúere, Genitóris
[77r.] império jussa sum. Dénique páreo, obtémpero, sérvio : et te mutáto non mutor. Páreo inquam rebélli, obtémpero procáci : desérvio contémptori. Céterum si michi institúta mutáre, jussa pervértere, necessária denegáre rerum Dóminus precepísset : creatúra cuncta viduáta nómine reméneret, nec qui contémneret ultérius esset, quia contémptor homo digne ac mérito interíret. Tu autem [Dómine miserére nostri].

AS:129; 1519:129v; 1531:77r.[49]




6739.

6739a.




*Lectio quinta.*

DEnique quisquis talis es qui in hoc contémptu consístis, qui creatúre ímperas, et Creatóri non servis : qui dominátum exérces, et Dóminum non agnóscis : time Dóminum patiéntem, ne sevérum séntias júdicem. Córrigat te dilátio differéntis : ne censúra púniat vindicántis. Fácile enim obséquio tuo fácies Deum propícium : si convérsus jam mutáveris vícium. Usurátum enim rédditur : quicquid dilatióne témporis fenerátur. Nec esse jam póterit impunítum : cui mora témporis non pótuit dare remédium. Quid retríbuat Dómino, si humána condítio Genitóri quid débeat noscat : atque ejus beneficiórum innúmeram multitúdinem moméntis ómnibus retractándo intélligat, invéniet sue servitútis obséquia contínuis láudibus jugi gratulatióne equáre non posse. Neque enim benefícia ab eo préstita atque colláta, vel modum potérunt habére vel númerum : certe nec términum. Quippe cum nec sensus ad investigándum sufficiat : nec sciéntia súppetat ad laudándum. Imménsitas enim beneficiórum súperat cogitatiónes sénsuum : et innúmera multitúdo donórum vincit volubilitátem verbórum. Nec si totum vite tempus oris obséquia óccupent, laudes téneant, gratiárum actiónes insístant : póteris pensáre quod debes. Quare danda nobis est ópera, ut totis víribus devótio mentis in divína obséquia exerceátur, et laudum glórias os nostrum per omne tempus frequentáre cogátur, non quod in istis débita compensétur, sed ut nostre devotiónis volúntas his conátibus dinoscátur : ut quicquid fragílitas detráhit ad compléndum, hoc devótio cónferat ad promeréndum, ut jam quia vis non quia próficis expungáris, nec quia débita compénsas, sed quia parére desíderas. Velle enim ipsum expúngitur, quia per immensitátem rerum idípsum quod cúpimus explicáre non datur.

AS:129; 1519:130r; 1531:77r.[50]

5. Resp. V.




*Lectio vi.*

QUid retríbuam (inquit prophéta) Dómino, pro ómnibus que retríbuit michi. Querit prophéta sanctíssimus quibus méritis benefícia divína compénset, quo famulátus génere múnera percépta coéquet, quibus obséquiis tantis possit munéribus respóndere : quo servitútis génere innúmera débeat dona et infiníta beneficiórum génera comparáre. Sit licet excéllens hóminum méritum sit natúre jura consérvans, sit jussis legum obtémperans : ímpleat fidem, justíciam téneat, virtútes exérceat, damnet vícia, peccáta repéllat, exémplum semet imitántibus prébeat. Si quid gésserit, parum est : est quicquid fécerit minus. Omne enim méritum breve est : comparatióne donórum. Númera benefícia

si póteris : et tunc considera quid meréris. Cum benefíciis celéstibus tua facta perpénde : cum divínis munéribus actus próprios meditáre. Nec dignum te judicábis eo quo frúeris : si intélligas quod meréris. Igitur de benefíciis innúmeris divína in te pietáte collátis : élige quod libúerit unum, huic tuum compensári totum non póterit méritum. Céterum obtúnditur sensus, confúnditur ánimus, spíritus perturbátur, ut ab hómine Deus noscátur. Nec humána potérunt pensári obséquia : si divína compáres benefícia. Et tamen de illo lóquimur qui semet peccáre non pátitur, qui judícium sue mentis exáminans conténdit ut pláceat : ut promereátur instat, ut sérviat eláborat. Céterum quem aut peccáre deléctat, aut próprie mentis segnícia, aut
*[77v.]* inconsideráti actus, aut vánitas vite sic máncipat víciis, ut sit matéria delictórum, minister culpárum, seminárium peccatórum : ita ut in se duplex scelus et géminum crimen admíttat : et quod débita Dómino servitútis non reddit obséquia, et quod innúmera benefícia peccándo ejus pensáre nítitur contumélia. Quare nitátur justus mérita própria benefíciis celéstibus coequáre : nitátur et peccátor vícia que exercébat horrére. Ille augméntis sancte vite incréscat : hic peccáta damnándo, justíciam quam non amábat exérceat. Justus melioráta vita profíciat : peccátor corrigátur ut vivat. Ille bonis tríbuat salutáre exémplum : hic malis osténdat correctiónis remédium. Ille prémia mériti sancti expéctet : hic supplícia semet corrigéndo declínet. Sic fit, ut et justus glóriam bene vivéndo acquírat : et peccátor corréctus indulgéntiam divína pietáte percípiat.

AS:129; 1519:130r; 1531:77v.

6883. 6. Resp. V.



IMmíssit * Dó- mi- nus so-pó-rem in A- dam :



et tu- lit u-nam de cos- tis e- jus et e-di-fi-cá-vit




6883a.

## ℭ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Precéptum. [37].
*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [38].
*℣.* Exaltáre. [43].

ℭ *Lectio sancti evangelii secundum Matheum xx.* [: 1-16.]



IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc. Símile est regnum celórum hómini patrifamílias : qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Et relíqua.

*Omelia beati Gregorii pape* (xix.).[51]

IN explanatióne sua multa ad loquéndum sancti evangélii léctio póstulat : quam volo si possum sub brevitáte perstríngere ne vos et exténsa procéssio, et prolíxa expositío videátur oneráre. Regnum celórum patrifamílias símile dícitur : qui ad excoléndam víneam suam operários condúcit.[52] Quis vero patrisfamílias similitúdinem réctius tenet, quam Cónditor noster qui regit quos cóndidit, et eléctos suos sic in hoc mundo possídet quasi subjéctos dóminus in domo ? Qui hic habet víneam univérsam, scílicet ecclésiam, quos ab Abel justo usque ad últimum eléctum qui in fine mundi nascitúrus est quot sanctos prótulit : quasi tot pálmites misit.

AS:130; 1518:130v; 1531:77v.[53]






*Lectio viii.*[54]

Hic ítaque paterfamílias ad excoléndam víneam suam, mane, hora tértia, sexta, nona, et undécima operários condúcit : quia a mundi hujus inítio usque ad finem, ad erudiéndam plebem fidélium predicatóres congregáre non desístit. Mane étenim mundi : fuit ab Adam usque ad Noe. Hora vero tértia : a Noe usque ad Abraham. Sexta quoque : ab Abraham usque ad Móysen. Nona autem : a Móyse usque ad advéntum Dómini. Undécima autem : ab advéntu Dómini, usque ad finem mundi. In qua predicatóres sancti apóstoli missi sunt : qui mercédem plenam et tarde veniéntes accepérunt.

AS:130; 1519:131r; 1531:77v.

8. Resp. VIII. 6571.



6571a. 

e- tér- num. ℣. Ché-ru-bin et flámme- um glá-di-



um atque versa-tí- lem, ad custo-di- éndam vi- am ligni



vi- te. †Vi-dé-te.

*Lectio nona.*

AD erudiéndam ergo Dóminus plebem suam, quasi ad excoléndam víneam suam : nullo témpore déstitit operários míttere. Quia et prius per patriárchas, et póstmodum per legis doctóres et prophétas, ad extrémum vero per apóstolos, dum plebis sue mores excóluit : quasi per operários in vínee cultúra laborávit. Quamvis in quólibet módulo vel mensúra quisquis cum fide recta bone actiónis operátor éxtitit : hujus vínee operárius fuit. Operátor ergo mane, hora tértia, sexta, et nona : antíquus ille et Hebráicus pópulus designátur. Qui in eléctis suis ab ipso mundi exórdio dum recta fide Deum stúduit cólere : quasi non déstitit in vínee cultúra laboráre. Tu autem.

AS:131; 1519:131r; 1531:77v.[55]

9. Resp.
VII.

7804. 

U - bi est Abel * fra-ter tu- us di-xit Dó- mi-



nus ad Ca- im, Nés-ci- o Dómi-ne : nunquid




*Responsorium iteratur.* Ubi est Abel.

*Ab hac die usque ad pascha non dicatur* Te Deum. *sive de temporali sive de festis sanctorum fit servitium : sed semper nonum responsorium reincipiatur, et hoc in festis ix. lectionum tantum. Non enim repetatur responsorium in commemoratione beate Marie nec de festo loci.*

*Feriale responsorium.*

AS:131; 1519:131v; 1519:78r.[56]

6537. Resp. IV.




6537a.

AS:132; 1519:132r; 1531:78r.

6937. Resp. VII.





pa-ne tu- o di-xit Dó- mi-nus ad A- dam,



cum o-pe-rá-tus fú-e-ris ter-ram. †Non da-bit fruc- tus



su- os. ‡Sed spi-nas et trí-bu- los germi-ná-

 6937a.

bit ti- bi. ℣. Pro e- o quod obe-dís-ti vo-ci ux-ó-



ris tu-e plusquam me- e : ma- le-dícta terra in ó- pe-



re tu- o. †Non da-bit. ℣. Gló- ri- a.



‡Sed spi-nas.

*Hec duo responsoria ferialia cum suis versibus dicantur feria iiij. loco viij. et ix. responsoriorum de hystoria dominicali : vel in quacunque feria tertius nocturnus dominicalis hystorie dicendus sit, si tot ferie vacaverint. Sin autem loco v. vel vj. vel secundi et tercii.*

### *[Ante laudes.]*

℣. Excélsus super omnes gentes Dóminus.

℟. Et super celos glória ejus.

## ℭ *In Laudibus.*

AS:132; 1519:132r; 1531:78r.

1. Ant. I.iv.



3774. MI-se-ré-re * me- i De-us et a de-lícto me-o mun-



da me : qui- a ti-bi so-li pec-cá-vi. *Ps.* Ipsum. (*l.*) [172].

AS:132; 1519:132v; 1531:78r.

2. Ant. VIII.i.



1876. COnfi-tébor * ti-bi Dómi-ne quó-ni- am ex-au-



dís-ti me. *Ps.* Confitémini. (*cxvij.*) [97].

AS:132; 1519:132v; 1531:78r.

3. Ant. I.v.



2170. DE-us De-us me-us * ad te de lu-ce ví-gi- lo



qui- a factus es adjú-tor me- us. *Ps.* Ipsum. (*lxij.*) [51].

AS:132; 1519:132v; 1531:78r.

4. Ant. I.iv.

 1729.

BEne-díctus es * in firmaménto ce- li, et laudá-



bi-lis in sé-cu- la De- us noster. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [52].

AS:133; 1519:132v; 1531:78r.

5. Ant. I.iv.

 3585.

LAudá-te * Dómi-num de ce-lis. *Ps.* Ipsum. (*cxlviij.-cl.*) [53].

*Capitulum.* Néscitis. 737.

*Hymnus.* Etérne rerum. [55].

℣. Dómine refúgium factus es nobis.

℟. A generatióne et progénie.

*Hic versus dicitur in omnibus dominicis in laudibus usque ad xl.*

AS:133; 1519:132v; 1531:78r.

Ant. I.i.

 4955.

SImi-le est * regnum ce-ló-rum hómi-ni pa-tri-fa-



mí-li- as : qui é-xi- it primo ma-ne condú-ce-re ope-rá-ri- os



in ví-ne- am su- am, di- cit Dómi-nus. *Ps.* Benedíctus. 46*.

*Oratio.* Preces pópuli. 738.

*A lxx. usque ad pascha : nulla fit memoria in sabbatis neque in dominicis diebus : nisi festum ix. lectionum vel trium accidant*[57] *in ipsa dominica vel in secunda feria vel si septuagesima ante purificationem evenerit : tunc enim fit memoria de sancta Maria ad utrasque vesperas, et ad matutinas et ad missam sicut alias dictum est. Quacunque autem feria festum iij. lectionum [infra septuagesimam]*[58] *contigerit : totum servitium fiat de festo cum nocturno [et invitatoria simplici]*[59] *usque ad xl. nisi in sabbatis. In xl. vero neque servitium fiat de tali festo, neque memoria nisi ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria.*

## ℂ *Ad j.*

AS:133; 1519:133r; 1531:78r.

1915. Ant. I.i.



COnventi- óne * au-tem fac- ta cum ope-rá-ri- is



ex de-ná-ri- o di- úr-no : mi-sit e-os in ví-ne-am su-am.



*Ps.* Deus Deus meus réspice. (*xxj.*) [93].

*Et ceteri psalmi ut supra in prima dominica adventus Domini excepto quod loco* Confitémini. *dicitur Psalmus* Dóminus regnávit decórem. (*xcij.*) [49]. *et hoc in omnibus dominicis usque ad passionem observetur.*

## ℂ *Ad iij.*

AS:133; 1519:133r; 1531:78r.

Ant. VIII.ii.

 3461.

I- te et vos * in ví-ne- am me- am : et quod justum



fú- e-rit da-bo vo-bis. *Ps.* Legem pone. (*cxviij. iij.*) [131].

*Capitulum.* Néscitis. 737.

*Quidam clericus incipiat responsorium.*

AS:133; 1519:133r; 1531:78r.[60]

Resp. IV.

 6037.

A D-jú-tor me- us

*Chorus prosequatur.*



* esto De- us. †Ne de- re- línquas me.

*Clericus cantet.*

6037a. 

℣. Ne-que despí-ci- as me De- us sa-lu-tá- ris me- us.

*Chorus.*



†Ne de- re- línquas me.

*Clericus.*



℣. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu-i Sanc-to.

*Chorus.*



Adjú-tor.

*Clericus dicat versum* Ego dixi Dómine miserére mei.

℟. Sana ánimam meam quia peccávi tibi.

*Oratio ut supra.* 738.

*Hoc eodem modo dicantur responsoria super horas quotidie ab hac die usque ad cenam Domini : nisi in ferialibus diebus ante quadragesimam quando de temporali agitur : ita tamen quod infra passionem Domini sine versu* Gloria Patri. *dicantur.*

## ℭ *Ad vj.*

AS:134; 1519:133v; 1531:78r.

4524. Ant. I.ix.



QUid hic sta-tis * to-ta di- e o-ci- ó-si ? respondé-



runt et dix-é- runt, Nemo nos condú-xit. *Ps.* Defécit. (*cxviij. vj.*) [141].

*Capitulum.* (1. *Corin. ix.* : 25.)

OMnis autem qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet : et illi quidem ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorrúptam.

AS:134; 1519:133v; 1531:78r.[61]

Resp. IV.



SPes me- a * Dó-mi- ne. †A ju-ven-tú-te 7687.



me- a. ℣. In te confirmá-tus sum ex ú-te-ro de ventre ma- 7687a.



tris me- e tu es me- us pro- téc- tor. †A ju-ven-tú-te.



℣. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i



Sanc-to. Spes me- a.

℣. Dóminus regit me. [144].

## ❨ *Ad ix.*

AS:134; 1519:133v; 1531:78r.[62]

Ant. VII.i.

2305.




*Ps.* Mirabíla testimónia. (*cxviij. ix.*) [150].

*Capitulum.* (1. *Corin. x.* : 1.)

NOlo vos ignoráre fratres quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube et in mari.

AS:134; 1519:134r; 1531:78r.[63]

Resp. IV.



Ab occúl- tis * me- is †Munda me Dómi- ne. sar0601.



℣. Et ab a-li- é-nis parce ser- vo tu- o. †Munda. sar0601a.



℣. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to.



Ab occúl- tis.

℣. Adjútor meus esto.[64]

℟. Dómine, ne derelínquas me, neque despícias me, Deus salutáris meus.

*Hec responsoria cum suis versibus super horas dicantur omnibus dominicis usque ad xl. quando de dominica agitur.* *[78v.]*

## ℭ *Ad [ij.] vesperas.*

*Ant.* Sede a déxtris. [306].

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [306].

*Capitulum.* Néscitis quod. 737.

*Hymnus.* Lucis Creátor óptime. [314].

℣. Dirigátur Dómine. [316].

AS:134; 1519:134r; 1531:78v.[65]

Ant. VIII.i.



Cum au-tem * se-ro factum es-set : dix-it Dómi-nus 1989.




*Oratio.* Preces pópuli tui. 738.

*Quod si festum purificationis beate Marie in hac dominica vel in dominica lx.*[66] *contigerit nichil fiat de dominica preter memoriam [tantum].*[67] *Hystoria vero dominicalis per ebdomadam dicitur : scilicet in tertia*[68] *et quinta et sexta feriis. Et tunc responsoria ferialia non dicuntur : et expositio evangelii, et antiphone super laudes et capitulum de hystoria, et antiphone super psalmos* Magníficat. *et* Benedíctus. *et antiphone super horas : eo anno omnino pretermittantur.*

◖ *Eodem etiam anno nichil fiat de festo sanctorum Vedasti et Amandi preter memoriam ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria que precedet memoriam de Sancto Spiritu : et de hoc plenius notatur post secundas vesperas purificationis beate Marie. Similiter fiat si festum purificationis in dominica sexagesima evenerit.*

*Cum vero in dominica l. festum purificationis beate Marie contigerit : hystoria dominicalis per ebdomadam in ij. et vj. feriis et sabbato cantetur, et tunc nichil fiat de sancto Blasio : nisi tantum memoria [ad vesperas et]*[69] *ad matutinas de sancta Maria. Quodcunque autem festum ix. lectionum in hac die dominica vel alia die dominica usque ad cenam Domini contigerit licet duplex festum fuerit : semper differatur usque ad proximam feriam vacantem ipsius ebdomade, nisi fuerit festum purificationis vel dedicationis ecclesie. Tamen infra passionem nichil fiat de festis sanctorum : nisi duplex festum fuerit. Quodcunque autem festum iij. lectionum in hac ebdomada vel in duabus sequentibus ebdomadis contigerit usque ad iiij. feriam in capite jejunii, totum servitium fiat de festo : et hoc cum nocturno et nulla fiat memoria de feria.*

*A iiij. vero feria in capite jejunii usque in crastinum octavarum pasche, neque servitium fiat de festo iij. lectionum neque memoria nisi ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria tantum : que precedet memoriam de Sancto Spiritu.*

❙ *He sequentes antiphone dicuntur per ebdomadam super psalmum* Benedíctus. *et* Magníficat. *quando de feria fit servitium tantum.*

AS:134; 1519:134v; 1531:78v.

Ant. VIII.i.




5484.

AS:135; 1519:134v; 1531:78v.[70]

Ant. VIII.i.




2281.

AS:135; 1519:134v; 1531:78v.[71]

Ant. VII.iii.




1384.



ex de-ná-ri- o conve-nís-ti me-cum : tol-le quod tu- um est



et va-de. S.A.E.

AS:135; 1519:134v; 1531:78v.

5157. Ant. VIII.ii.



TOlle quod tu- um * est et va-de : qui- a e-go bonus



sum di-cit dómi-nus. S.A.E.

AS:135; 1519:135r; 1531:78v.

3921. Ant. VIII.i.



NOn li-cet * michi fá-ce-re quod vo-lo : an ó- cu-lus



tu- us nequam est : qui- a e-go bonus sum di-cit dómi-nus.



S.A.E.

AS:135; 1519:135r; 1531:78v.[72]




2677.

AS:135; 1519:135r; 1531:78v.




4921.

AS:135; 1519:135r; 1531:78v.




3833.

# [Feria ij.]

*¶ Feria ij. et ceteris feriis per ebdomadam dicantur responsoria ad matutinas de hystoria dominicali : secundum ordinem nocturnorum, ita tamen quod responsoria ferialia non omittantur.*

*Lectio prima.* (*Gene. j.* : 14.)

DIxit autem Deus, Fiant luminária in firmaménto celi : et dívidant diem ac noctem, et sint in signa et témpora et dies et annos ut lúceant in firmaménto celi et illúminent terram. Et factum est ita. Fecítque Deus duo magna luminária. Luminâre majus ut preésset diéi : et luminâre minus ut preésset nocti : et stellas. Et pósuit eas in firmaménto celi ut lucérent super terram et preéssent diéi ac nocti, et divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quod esset bonum : et factum est véspere et mane dies quartus. Tu autem.

*Lectio secunda.* [*Gen. j.* : 20.]

DIxit autem Deus, Prodúcant aque réptile ánime vivéntis et volatile super terram sub firmaménto celi. Creavítque Deus cete grándia et omnem ánimam vivéntem atque motábilem quam prodúxerant aque in spécies suas : et omne volatíle secúndum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum : benedixítque eis dicens, Créscite et multiplicámini : et repléte aquas maris : avésque multiplicéntur super terram. Et factum est véspere et mane dies quintus.

*Lectio tertia.* [*Gen. j.* : 24.]

DIxit quoque Deus, Prodúcat terra ánimam vivéntem in génere suo, juménta et reptília et béstias terre juxta spécies suas. Factúmque est ita. Et fecit Deus béstias terre juxta spécies suas, juménta et omne réptile terre in génere suo. Et vidit Deus quod esset bonum : et ait, Faciámus hóminem ad imáginem et similitúdinem nostram : et presit píscibus maris et volatílibus celi, et béstiis, universéque terre omníque réptili quod movétur in terra. Et creávit Deus hóminem ad *[79r.]* imáginem et similitúdinem suam. Ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos.[73] Benedixítque illis Deus : et ait,

Créscite et multiplicámini : et repléte terram et subjícite eam, et dominámini píscibus maris et volatílibus celi : et univérsis animántibus que movéntur super terram.

## ℭ *Feria iij.*

*Lectio prima.* (*Gene. j.* : 29.)

DIxítque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram : et univérsa ligna que habent in semetípsis seméntem géneris sui, ut sint vobis in escam et cunctis animántibus terre, omníque vólucri celi, et univérsis que movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens : ut hábeant ad vescéndum. Et factum est ita. Vidítque Deus cuncta que fécerat : et erant valde bona.

*Lectio secunda.* [*Gen. ij.* : 1.]

IGitur perfécti sunt celi et terra : et omnis ornátus eórum, complevítque Deus die séptimo opus suum quod fécerat : et requiévit die séptimo ab omni ópere suo quod patrárat. Et benedíxit diéi séptimo et sanctificávit illum quia in ipso cessáverat ab omni ópere suo quod creávit Deus ut fáceret.

*Lectio iij.* [*Gen. ij.* : 4.]

ISte sunt generatiónes celi et terre quando creáte sunt in die quo fecit Dóminus celum et terram, et omne virgúltum agri ántequam orirétur in terra : omnémque herbam regiónis priúsquam germináret. Non enim plúerat Dóminus Deus super terram, et homo non erat qui operarétur terram, sed fons ascendébat e terra írrigans univérsam superfíciem terre. Formávit ígitur Dóminus Deus hóminem de limo terre, et inspirávit in fáciem ejus spiráculum vite, et factus est homo in ánimam vivéntem.

# ℭ *Feria iv.*

*Lectio j.* (*Gene. ij.* : 8.)

PLantáverat autem Dóminus Deus paradísum voluptátis a princípio in quo pósuit hóminem quem formáverat. Produxítque Dóminus Deus de humo omne lignum pulchrum visu et ad vescéndum suáve, lignum étiam vite in médio paradísi : lignúmque sciéntie boni et mali. Et flúvius egrediebátur de loco voluptátis ad irrigándum paradísum, qui inde divíditur in quátuor cápita. Nomen uni Physon, ipse est qui círcuit omnem terram Ejulath ubi náscitur aurum, et aurum terre illíus óptimum est. Ibíque invénitur bdéllium et lapis oníchinus. Et nomen flúvii secúndi Gyon, ipse est qui círcuit omnem terram Ethiópie. Nomen vero flúminis tértii Tygris, ipse vadit contra Assýrios. Flúvius vero quartus : ipse est Eufrátes. Tu autem Dómine miserere [nostri].

*Lectio secunda.* [*Gen. ij.* : 15.]

TUlit ígitur Dóminus Deus hóminem et pósuit eum in paradíso voluptátis ut operarétur et custodíret illum, precepítque ei dicens, Ex omni ligno paradísi cómede : de ligno autem sciéntie boni et mali ne cómedas. In quocúnque enim die comedéris ex eo, morte moriéris. Dixit quoque Dóminus Deus, Non est bonum esse hóminem solum : faciámus ei adjutórium símile sibi.

*Lectio tertia.* [*Gen. ij.* : 19.]

FOrmátis ígitur Dóminus Deus de humo cunctis animántibus terre et univérsis volatílibus celi : addúxit ea ad Adam, ut víderet quid vocáret ea. Omne enim quod vocávit Adam ánime vivéntis : ipsum est nomen ejus. Appellavítque Adam nomínibus suis cuncta animántia et univérsa volatília celi, et omnes béstias terre. Ade vero non inveniebátur adjútor símilis ejus.

# ℂ Feria v.

*Lectio j.* (*Gene. ij.* : 21.)

IMmísit ergo Dóminus Deus sopórem in Adam. Cumque obdormísset tulit unam de costis ejus, et replévit carnem pro ea. Et edificávit Dóminus Deus costam quam túlerat de Adam in muliérem, et addúxit eam ad Adam. Dixítque Adam, Hoc nunc os ex óssibus meis : et caro de carne mea. Hec vocábitur virágo : quóniam de viro sumpta est. Quamóbrem relínquet homo patrem suum et matrem : et adherébit uxóri sue. Et erunt duo in carne una.

*Lectio ij.* [*Gen. ij.* : 25.]

Erant autem utérque nudi, Adam scílicet et uxor ejus et non erubescébant. Sed et serpens erat callídior cunctis animántibus terras que fécerat Dóminus Deus. Qui dixit ad muliérem, Cui precépit vobis Deus ut non comedéretis de omni ligno paradísi ? Cui respóndit múlier, De fructu lignórum que sunt in paradíso véscimur : de fructu vero ligni quod est in médio paradísi precépit nobis Deus ne comederémus et ne tan- *[79v.]*
gerémus illud : ne forte moriámur.

*Lectio tertia.* [*Gen. iij.* : 4.]

DIxit autem serpens ad muliérem, Nequáquam morte moriémini. Scit enim Deus quod in quocúnque die comedéritis ex eo, aperiéntur óculi vestri : et éritis sicut dii sciéntes bonum et malum. Vidit ígitur múlier quod bonum esset lignum ad vescéndum, et pulchrum óculis aspectúque delectábile : et tulit de fructu illíus et cómedit, dedítque viro suo. Qui cómedit : et apérti sunt óculi ambórum. Cumque cognovíssent se esse nudos, consuérunt fólia ficus : et fecérunt sibi perizomáta.

# ℂ Feria vj.

*Lectio prima.* [*Gen. iij.* : 8.]

ET cum audíssent vocem Dómini Dei deambulántis in paradíso ad auram post merídiem : abscóndit se Adam et uxor ejus a fácie Dómini Dei in médio lignórum paradísi. Vocavítque Dó-

minus Deus Adam : et dixit ei, Adam ubi es ? Qui dixit, Vocem tuam audívi in paradíso : et tímui eo quod nudus essem : et abscóndi me. Cui dixit Deus, Quis enim indicávit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo precéperam tibi ne coméderes comedísti ?

*Lectio secunda.* [*Gen. iij.* : 12.]

DIxitque Adam, Múlier quam dedísti michi sóciam : dedit michi de ligno et cómedi. Et dixit Dóminus Deus ad muliérem, Quare hoc fecísti ? Que respóndit, Serpens decépit me : et cómedi. Et ait Dóminus Deus ad serpéntem, Quia fécisti hoc : maledíctus eris inter ómnia animántia et béstias terre. Super pectus tuum gradiéris : et terram cómedes cunctis diébus vite tue. Inimicítias ponam inter te et muliérem : et semen tuum et semen illíus. Ipsa cónteret caput tuum : et tu insidiáberis calcáneo ejus.

*Lectio tertia.* [*Gen. iij.* : 16.]

MUliéri quoque dixit, Multiplicábo erúmnas tuas : et concéptus tuos. In labóre páries fílios, et sub viri potestáte eris : et ipse dominábitur tui. Ade vero dixit, Quia audísti vocem uxóris tue, et comedísti de ligno ex quo precéperam tibi ne coméderes : maledícta terra in ópere tuo. In labóribus cómedes ex ea : cunctis diébus vite tue. Spinas et tríbulos germinábit tibi. Et cómedes herbas terre. In sudóre vultus tui vésceris pane tuo, donec revertáris in terram de qua sumptus es : quia pulvis es et in púlverem revérteris. Et vocávit Adam nomen uxóris sue Evam : eo quod mater esset cunctórum vivéntium. Tu autem Dómine miserére nostri.

## Notes, pages 727-770.

[1] *'De Festis iii. Lectionum infra Septuagesimam contingentibus.* Quodcunque festum iii. Lectionum ab hac Dominica usque ad Caput Jejunii contigerit, totum servicium fiat de Festo cum nocturno, et nulla memoria.' *Crede Michi* (1497). [SB:ccccclxxv.]
[2] Cf. p. cccxci, cccxcii. *n.* †. (xxxiii. n. 9.) [SB:ccccclxxv.]
[3] SB:ccccclxxv.
[4] SB:ccccclxxv.
[5] SB:ccccclxxv.
[6] SB:ccccclxxv.
[7] SB:ccccclxxv.
[8] *'a do. lx.'* (Chevallon.) hoc est *a Dominica in Sexagesima.* Sententiam loci ita explicavit vir reverendus J. R. Lunn, ' From this Saturday until the beginning of the history *In principio* (in July or August), 5. 𝕲. is to be taken for the Sunday letter (*i.e.* after using 5. 𝕬. from the commencement of the year up to this Saturday, Feb. 25th) ; and let it (*viz.* the Pie 5. 𝕲.) be begun at Sexagesima Sunday.' [SB:ccccclxxv.]
[9] SB:ccccclxxv.
[10] SB:ccccclxxv.
[11] SB:ccccclxxv.
[12] SB:ccccclxxvii.
[13] SB:ccccclxxvii.
[14] SB:ccccclxxvii.
[15] SB:ccccclxxvii.
[16] SB:ccccclxxvii.
[17] SB:ccccclxxvii.
[18] SB:ccccclxxvii.
[19] SB:ccccclxxvii.
[20] SB:ccccclxxvii.
[21] SB:ccccclxxix.
[22] SB:ccccclxxix.
[23] SB:ccccclxxix.
[24] SB:ccccclxxix.
[25] SB:ccccclxxix.
[26] Cf. p. cccxci. cccxcii. *n.* †. (xxxiii. n. 9.) [SB:ccccclxxix.]
[27] SB:ccccclxxix.
[28] SB:ccccclxxix.
[29] SB:ccccclxxxi.
[30] '*De aliquo Festo contingente in Dominica Septuagesime, vel Sexagesime, aut Quinquagesime.* Quodcunque festum, sive duplex sive simplex ix. Lectionum, in Dominica LXX., XL. (*leg.* LX.), aut Quinquagesime contigerit, differatur, nisi festum Purificationis, Dedicationis Ecclesie, et Festum

Loci. Ista tria non debent differri. Si aliquod istorum in aliqua istarum trium Dominicarum contigerit, nihil fiat de Dominica nisi memoria tantum ad utrasque Vesperas, Matutinas, et ad Missam. Tamen sine *Te Deum* et sine *Alleluia.* Et Historia Dominicalis per hebdomadam cantetur.' *Crede Michi* (A.D. 1495). [SB:cccclxxxi.]

31 SB:cccclxxxi.

32 SB:cccclxxxi.

33 SB:cccclxxxi.

34 SB:cccclxxxi.

35 SB:cccclxxxi.

36 De Missa *Salus Populi* conferende sunt pp. xcvii.—c., et cccxci. *n.* Quibus addi possunt *Missale Sarum* (Burntisland, A.D. 1861), pp. 740*—743*: et excerpta que hic infra scripta sunt:—

' Item illa Rubrica, que communiter ponitur in Missalibus pro missa *Salus Populi* cantanda, est generalis pro omnibus Ecclesiis, diverso tamen respectu celebranda. Nam clerici Ecclesie Sarum cantant istam missam pro fratribus et sororibus et benefactoribus illius Ecclesie.

'Ita quilibet Sacerdos parrochialis tenetur dicere missam pro parrochianis suis. Et sacerdotes stipendiarii pro amicis et benefactoribus suis, a quibus accipiunt stipendia sua (1495, 1497).

' [Hec dico secundum opinionem meam. Et dico assertive, et certius est omni certo, quod Omne collegium totius regni plus tenetur orare, et dicere missam illam *Salus populi,* pro fratribus et sororibus benefactoribus proprii capituli quam Sarum seu alicujus alieni. Qui aliter sapit, sapiat. Sufficit mini exonerare conscientiam meam (1495 : *omit.* 1497.)]

'. . . Item quando missa dominicalis in die dominica, vel in secunda feria cantata fuerit, tunc si tercia feria vacaverit, semper dicatur missa *Salus populi,* in ipsa tercia feria. Ita tamen quod proprie Epistola et Evangelium (que *pro feriis* intitulantur propter missam *Salus populi,* vel missam *Nos autem gloriari*), per totum annum non omittantur.' *Defensorium Directorii* (ad usum Sarum, auctore Clemente Maydestone), 1495, 1497. [SB:cccclxxxi.]

37 SB:cccclxxxiii.

38 SB:cccclxxxiii.

39 SB:cccclxxxiii.

40 SB:cccclxxxiii.

41 SB:cccclxxxiii.

42 SB:cccclxxxiii.

43 'do. LXX.' *Portiforium* 1525-6; 'dominicam in sexagesima.' *Directorium* 1495. [SB:cccclxxxiii.]

44 1519:128v.

45 1531:76v. omits 'ígitur' in the ℣.

46 *Lectio v.* incipit in Portiforio Sarum A. D. 1525-6, Antwerpie excuso. [SB:cccclxxxvii.]

47 *Lectio vi.* incipit in Portiforio Sarum A. D. 1525-6, Antwerpie excuso. [SB:cccclxxxvii.]

48 *Lectio vi.* explicit in verbo 'poss*u*nt.,' et non dicitur ulterius secundum Portiforia. De mensura trium priorum lectionum in hac hebdomada nihil inter se discrepant Breviarium et Portiforium. [SB:cccclxxxvii.]

[49] In AS:129. 'hóminem' is set D.C.CA.

[50] In 1519:130r. the first 'Deus' is set F.GFFEDCFGAGGF. The flat at 'solum' is editorial. It is supported in 1519:130r. by the presence of a natural sign at 'Faciámus'.

[51] *Gregorii* in Evangelia Lib. I. Hom. XIX. *Op.* I. 1510. [SB:ccccxcii.]

[52] *Lectio viii.* hic incipiebat in Portiforio A. D. 1525-6. [SB:ccccxcii.]

[53] AS:130. has 'paradísum' and 'illud'.

[54] *Lectio ix.* in Portiforio. [SB:ccccxvcii.]

[55] In 1519:131v. the second 'ad' is set GAGG.

[56] In AS:131. the second 'Dómine' is set GG.G.G. In 1519:131v. 'merídiem' begins GfFDF.

[57] '*accidat*' Portiforium (A.D. 1525-6), quod post '*dictum est*' mox subjungit '*Et tunc quando ad Memoriam de S. Maria ad Matutinas dicitur hec Antiphona* Ecce Maria. [162]. *illa finietur ad hanc dictionem* mundi., *nihil posito in loco* Alleluia.' (cf. p. ccxciii.) (452.) [SB:ccccxcv.]

[58] 1519:133r.

[59] 1519:133r.

[60] 1531:78r. has 'esto Dómine'. 1519:133r. has no flat at 'derelínquas'.

[61] 1531:78r. has 'protéctor meus'. 1519:133v. has a flat only at 'Glória Patri'. 1531:78r. omits '†Glória. ' and 'Spes'.

[62] 1531:78r. omits 'respondéntes'. In 1519:133v. 'statis tota' is set GCB.C DF.FE; a flat appears at 'nos'. 1519:133v, following the *Vulgate*, has




[63] 1531:78r. omits ℣. 'Glória Patri' and 'Ab occúltis'.

[64] 1519:134r: '℣. Adjútor meus esto Dómine. ℟. Ne derelínquas me neque despícias me Deus salutáris meus'.

[65] In AS:133. 'vínee' is set DC.AC.C.

[66] 'XL.' (*i.e.* Quadragesimae), *Chevallon* (1531), ex errore typographi, ut patet. 'LX.,' *Chr. Ruremund.* (1525-6). [SB:ccccxcvii.]

[67] 1519:134r.

[68] 'secunda', 1519:134r.

[69] 1519:134v.

[70] In 1519:134v. 'nonne ex' is set CC.A.B. This form appears in the following antiphon, *Amice*. It seems that either AS or 1519 has switched the music of 'nonne' between this and the following antiphon. It is most likely that one of the sources has a scribal error. Pen:58v. and BL-52359:94r. follow AS.

[71] In 1519:134v. 'nonne ex' is set CCD.C.C. This form appears in the previous antiphon, *Dixit autem*. Vide n. supra. Pen:58v. and BL-52359:94r. follow AS.

[72] 1531:78v. has 'enim sunt'. In 1519:135r. 'vocáti' is set DE.CB.CDCA.

[73] De hac historia non dicitur ulterius in feriis Septuagesime secundum Portiforium Sarum A.D. 1525-6. [SB:d.]